

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9746

Auteur(s) : Hugues de Guerquesalles [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1154-1204]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues de Guerquesalles devient homme de la Vierge Marie, de saint Germain et de saint Arnoul et s'engage, avec ses héritiers, à donner annuellement douze deniers d'Anjou à l'église de Querquesalles. Il rend hommage à saint Denis, à saint Gilles et à saint Blaise et s'engage, avec ses héritiers, à donner annuellement douze deniers d'Anjou à l'église de Pont-de-Vie, quatre deniers d'Anjou à la chapelle Saint-Nicolas de Maupetuis, quatre deniers d'Anjou à la même chapelle en hommage de saint Thomas, quatre deniers d'Anjou en hommage de saint Valentin, quatre deniers d'Anjou à l'autel Saint-Jacques de Vimoutiers et quatre deniers d'Anjou à l'église Saint-Léger-des-Arrassis. Il donne également un setier de gros blé de son moulin par an aux pauvres malades de Saint-Thomas d'Argentan et la dîme de son moulin de Guerquesalles à l'église de Guerquesalles.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6615.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 197-202, p. 432.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Date : 1154-1174 ou 1190-1204. R., abbé de Saint-André-en-Gouffern, qui apparaît parmi témoins, peut être : Raoul (1143-1162) ou Roger (1162-1171) ou Robert (1190-1221). L'usage de la monnaie d'Anjou était répandu en Normandie sous les Plantagenêt (1154-1204).

Texte d'après A

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Hugo de Gargasala pro amore Dei et salute anime mee et remedio, factus sum homo beate Marie et sancti Germani et sancti Ernulfi ecclesie de Gargasala, et pactionatus sum reddere eidem ecclesie in honore eorundem sanctorum XII Andegavenses annuatim de me et de heredibus, feci etiam homagium sancto Dionisio et sancto Egidio et sancto Blavio de Pontevie et reddam ego et heredes mei eidem ecclesie XII Andegavensium annuatim in perpetuum, et capelle Sancti Nicholai de Malpertus .IIII. Andegavenses et sancto Thome ejusdem capelle de Malpertus .IIII. Andegavenses, et sancto Valentino .IIII. Andegavenses, et altari Sancti Jacobi de Vimonasterio .IIII. Andegavenses, et Sancto Leodegario de Esraceiz .IIII. Andegavenses.

Sciendum quod hi denarii reddendi sunt annuatim eisdem ecclesiis de me et de heredibus meis in die sancti Dionisii ad feriam de Ponte vie. Item sciendum quod ego dedi in perpetuam elemosinam pauperibus infirmis Sancti Thome de Argentomo, annuatim unum sextarium bladi grossi in molendino meo de Campo Osulfi reddendum in die sancto Thome aprili. Sciendum etiam quod ego dedi in perpetuam elemosinam ecclesie Beate Marie de Gargasala, tres partes decime de molendino meo de Gargasala ad luminare ejusdem ecclesie, et quartam partem decime ejusdem molendini de Gargasala dedi eidem ecclesie de Gargasala in perpetuam elemosinam. Et ut hoc sit firmum et stabile in perpetuum, id presenti carta ego Hugo de Gargasala et Gaufridus filius meus et sigilli nostri confirmavimus. Testibus his, Nicholao de Malevoe, Willelmo filio ejus, R. abbate Sancti Andree et aliis pluribus.